



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, Tractatus Tres spirituales**

**Arias, Francisco**

**Coloniae, 1615**

2. Quæ fraudes beneficio dictæ discretionis auertantur in exercitio  
mortificationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48767](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48767)

*Quæ fraudes beneficio dicta discretio-  
nis auertantur.*

**H**Ac doctrina iam tradita binæ fraudes, vel errata in hac materia facile intelligi, & caueti queunt. Prima est multorum, qui potius quam seruire Deo cœperunt, maximum studium ponunt in mortificanda carne ieiunijs, cilicijs, disciplinis, pedum nuditate, & alijs id genus exiguis, autem in fugiendis sermonibus cubiculis, mendacijs, detractionibus, iracundia, impatentia, curiositate, profusa largitione, charitatis etiam opera negligunt, aliaque multa prætermittunt, quæ ratione officij, status, & professionis alijs præstare deberent. Licet enim mortificationes corporales bonæ sint, & fructuosa, vt supra docuimus, tamen illis antepreferenda est animæ puritas, etiam innoxia leuibus & venialibus; mortificationes enim illâ pro scopo & fine propositam habent. Atque in cultu seruitioque diuino plerumque refert fugere vnum lapsum venialem, lege enim diuina id nobis mandatum est, quàm multas voluntarias assumere mortificationes.

Narrat

Narrat Metaphrastes magnum Ar. *Sur in Iulio*  
 senium in colloquio quodam, in quo  
 multas occultas dæmonis tentationes  
 detexit, inter alia hæc elocutum. Fra-  
 tres, finis & scopus, cur mundo & pom-  
 pis eius renuntiauerimus, est, expurga-  
 tio animæ, hocque medio à Deo obti-  
 nere veram perfectamque salutem spi-  
 ritualem. Quidam hæc puritatem con-  
 sequi student quoad carnem, & vitia  
 externa, & idcirco plurimum se exer-  
 cent ieiunijs, alijsque afflictionibus  
 corporalibus: verum non perinde labo-  
 rant in expurganda anima à vitijs &  
 defectibus internis, atque occultis, vt  
 superbia, temeraria præsumptione, ni-  
 mia cupiditate honorum, & bonorum  
 temporalium, inuidia, æmulatione, a-  
 lijsque affectibus, quorum bellum est  
 manus, & victoria difficilior. Itaque fit,  
 vt tales similes euadant status, quæ  
 extrinsecus quidem inauratæ sunt, ve-  
 nustisque coloribus depictæ, sed intus  
 vili & abiecta constant materia. Hucus-  
 que B. Arsenius, qui vt erat litteris et-  
 iam humanis excultus, & lumine diui-  
 no plenus, probè intellexit, in quo con-  
 sisteret vitæ Christianæ religiosæque  
 perfectio.

Huius doctrinæ veritas confirmari  
 posset

posset multorum exemplis, qui non  
 nimaduersa hac fraude & deceptione,  
 in multos errores, & atrocissimos ca-  
 sus inciderunt. Exempla legi apud  
 Cassianum collatione Abbatis Moysis  
 secunda possunt: Et in vita S. Francisci  
 legitur, religiosum quendam mortifi-  
 cationi exteriori ita fuisse deditum, vt  
 nudis pedibus incederet, in samentis  
 nocte cubaret, solo pane aqua nonni-  
 hil mollito victitaret, ac nomen etiam  
 hominis Sancti obtineret, qui si mor-  
 tificationes illas ex humilitate retulisset  
 ad obtinendam humilitatem cor-  
 dis, verè sanctus extitisset. Verum quia  
 curam nullam habuit hominis inter-  
 ni, vt animam à vitijs & passionibus  
 expurgaret, in tantam deuenit carita-  
 tem, vt etiam cōtra paupertatis votum  
 sibi peculium vsque ad obitus hominis  
 usurpauit, quod iudicium non obicu-  
 rum erat aeternae suae damnationis. Et  
 B. Eusebius Emisenus ad eos, qui Deo  
 seruire cupiunt, scribens: Fratres, inq-  
 scitote, non satis esse affligere carnem  
 ieiunijs & vigilijs, si interiora negligamus,  
 & mentem non purgemus à vi-  
 tijs. Quid enim prodest, castigare cor-  
 pus, si lingua contaminetur sermoni-  
 bus detractorijs? frustra gloriamur de  
 infli-

*Hom. 4. ad  
 monach.*

inflictis carni verberibus, si mentem  
 non liberemus passionibus internis. I-  
 dem confirmat apposita quadam simi-  
 litudine: Si, inquit, cuiquam in grandi  
 campo esset vinea, omnemque labo-  
 rem ille impenderet in colendo campo  
 extra vineam sito, vineam autem sine-  
 ret compleri spinis & vepribus, nonne  
 ille frustra laborasset? Sic contingit  
 homini mortificanti corpus, animam-  
 que spinis passionum plenam relin-  
 quenti. Quod autem dicit Eusebius,  
 mortificationem externam nihil pro-  
 desse negligenti internam, id intelli-  
 gendum est de fructu meriti, in eo qui  
 obnoxius est peccato mortali. Nemo  
 enim operibus mortificationis quan-  
 tumvis maximis mereri potest vitam  
 æternam, nisi sit iustus. Iis autem,  
 qui dum in gratia Dei sunt, negligunt  
 mortificationes internas, externæ  
 non multum profunt; longè autem  
 plus prodescent, si ad puritatem cor-  
 dis obtinendam dirigerentur. Vnde  
 idem sanctus alibi eisdem sic alloqui-  
 tur. Quid prodest affligi vigilijs, la-  
 boribus, & ieiunijs, dum negliguntur  
 ea, quæ DEVS maximè à nobis exi-  
 git? vt nempe, quantum in nobis  
 est, cor nostrum à culpis leuioribus

*Hom. 6. ad  
 monach.*

A a mun-

mundum conseruemus: nam à leuionibus lapsibus proximus gradus est ad grauiores.

Altera fraus, quæ ex superioris capituli doctrina detegitur, est communis vulgi, nempe eorum, qui arbitrantur, ex mensura mortificationis externæ in ieiunijs, disciplinis, alijsque asperitatibus, metiendam esse cuiusque serui Dei sanctitatem & perfectionem: vt quò quis seuerius castiget corpus, hoc sanctior censendus sit: etiamsi enim penitentia illæ exteriores sint admodum gratæ Deo, & animæ nostræ salutes, tamen in ijs non est sita sanctitas vera, & vitæ Christianæ, aut religiosæ perfectio, sed in charitate, patientia, humilitate, mansuetudine, iustitia, misericordia, alijsque virtutibus cum charitate necessario connexis. Itaque seruus Dei is sanctior & perfectior est, qui humilior, mansuetior & patientior est, charitate in proximum ardentior, qui puritatis studiosior, qui voluntatem suam diligentius abnegauit, & diuinæ subiecit. Pœnitentiæ enim, & mortificationes externæ, vt diximus, sunt tantùm instrumenta, & adminicula ad veras virtutes, earumque perfectionem consequendam, ac proinde quò quis-

quisque plus in illis profecerit, hoc fine ob oculos posito, hoc sanctior & perfectior in conspectu DEI efficitur. *Charitas enim*, ut habet Aposto- *Coloss. 3o*  
 lus Paulus, *est vinculum perfectionis*: tum quia in illa præcipuè consistit perfectio, tum quia secum trahit omnes virtutes veras & solidas, in quibus sita est essentialis vitæ Christianæ perfectio.

Hæc hæctenus eò dicta sunt, ut serui Dei rectè de virtutum operibus iudicare possint, & cuique suum attribuere valorem, præstantiusque & principalius bonum alijs antepone-  
 re. Cæterum minimè ex hac doctrina sequitur, idcirco eos, qui impensè mortificationi externæ dediti sunt, in magna veneratione non esse habendos: quia piè existimandum est, eos quoque non negligere internam, omnesque actiones suas referre ad obtinendam cordis puritatem, & virtutum perfectionem, talesque in Dei esse conspectu, quales videntur esse apud homines. Si enim secus fiat, temeritatis notam vix effugiemus. Nam, ut dicit Saluator, *non potest arbor mala bonos* *Matth. 7o*  
*fructus facere, nec bona malos.* Cùm ergo mortificationes externæ cum bonis

moribus coniunctæ, sint boni & laudabiles fructus, non possunt ordinari, nisi ab homine verè bono proficisci.

## CAPVT III.

*Qua moderatione mortificatio institueda sit, vt nec vitæ, nec viribus ad diuinum seruitium præstandum necessariis obstit.*

**D**EVS Optimus Maxim. vitam, sanitatemque corporis nobis concessit, vt tanto commodius ei seruiremus. Et quamuis tollentramque à nobis Deo, moderatè ferre debeamus, tamen quia vitæ nostræ domini non sumus, non licet nobis eam pro arbitrio nostro abbreviare, vel abscindere: imò mandatum à Deo habemus illam per media rationi congruentia seruandi. Quanquam nemo pro tuenda vita eiusue incolumitate tenetur vel quæuis, vel optima media vsurpare, vt verbi causa, meliores cibos, præstantiora vina, habitationem commodiorem, sed satis est vti communibus, & ordinarijs. Cum enim corporis vita sanitasque sit bonum temporale & caducum, multò inferius vita & salute animæ spirituali, voluit Deus

*Vitorrelect.  
de homicid.*

2.36.

*Et relect. de  
temperan. n.*

13 14 15.

*Medto. de*